Noverint universi quod ego Petrus Johannes Tauler filius Andree Tauler parrochie de Onbelo gratis et ex certa sciencia convenio et facio me hominem proprium et solidum vestri
honorabilis domine Ermassendis Dei gratia Abbatisse monasterii Sancti Danielis Gerunde absentis et discreti Petri Capmany procuratoris vestri et dicti monasterii presentis et vestrorum in eadem
Abbatia successorum una cum omni prole a me de cetero procreanda et omnibus bonis meis mobilibus presentibus et futuris eo quia dictus Andreas Tauler pater meus est homo proprius vestri
dicte honorabilis domine Ermassendis Abbatisse predicte et vestrorum in dicta Abbatia successorum una cum omni prole sua procreata et procreanda et omnibus bonis suis mobilibus presentibus et futuris
ratione mansi Tauler dicte parrochie [illegible] de honore et possessionum eiusdem quorum mansi vos habetis et habere debetis homines et [illegible]. Quod ecce promitto vobis quod ero vobis
et vestris in dicta Abbatia et procuratione successoribus bonus fidelis et legalis tam de corpore quam de avere prout vassallus quilibet esse debet et tenetur suo domino naturali. Et quod absque
vestri et vestrorum in dicta Abbatia et procuratione successorum licentia non intrabo Castrum villam vel Civitatem seu aliquem alium locum privilegiatum causa morandi nec ibidem populandi nec
aliquid aliud faciam tractabo vel procurabo propter quod vos vel vestri successores in ipsa Abbatia possitis me amittere et alio domini [illegible] nisi vos et vestros in dicta Abbatia suc-
cessores in dicta Abbatia pro meis veris dominis ubique reclamabo. Et predictis attendendis firmiter et complendis tenendis et observandis obligo vobis et vestris in dicta Abbatia et pro-
curatione successoribus personam meam et omnia bona mea presencia et futura ubique. Iurans etiam sponte per dominum Deum et eius sancta quatuor Evangelia corporaliter
tacta predicta omnia et singula rata grata et firma semper habere tenere et servare eaque attendere et complere et nullatenus contrafacere vel venire aliquo iure causa vel ratio-
ne virtute eius iuramenti quia sum maior viginti quinque annorum maior vero viginti [illegible] sciens expresse iuri minoris etatis et restitutionis in integrum be-
neficio quam virtute dicti iuramenti petere non possum et omni alii iuri his obviam venienti. Et ad maiorem premissorum securitatem facio et presto homagium vobis dicto discreto Pe-
tro Capmany procuratori dicti monasterii ore et manibus comendatum illud pro vobis et nomine vestro recipienti iuxta usum huius terre. Actum est hoc Gerunde die decima Febru-
arii Anno a nativitate domini Millesimo Quadringentesimo Vicesimo Septimo. Sig+num Petri Johannis Tauler predicti qui hec firmo et laudo predicta. Testes
huius rei sunt Bernardus Juhan et Nicholaus Conomina scriptores Gerunde.

Sig+num Petri Cermani notarii publici auctoritate Regia substituti a Jacobo de Campolongo quondam publico Civitatis bajulie et Vicarie Gerunde [illegible] notarii qui hec scribi feci et
clausi. Cum sit suprapositum in linea vij. locum.

de fen Joan
Homanatge — Caules de Púbol
[illegible]
[illegible]
A 10 febrer 1127.

AC f 248 97[vo] 2 del plec segon de Púbol.

(1191)